Cum iterum ante se & retro se Christum viderit / atque veritatem & salutem. Et tamen nihil
eum curaverunt. Hoc autem ut dixi totus potest intelligi velut in persona Christi dictus.
Sicut Lyra eum exponit in persona David / satis violenter. Vel ut prophetia de persona
Christi itaque tertia a loquente prima / quod magis ad literam accedere puto quoniam
utrumque literam non deserat. Dicit itaque. O filii hominum / Ex quo iustitia nostra
non est nisi quam exaudit deus / Nec ulla vera consolatio nisi in tribulatione. Nec
profectus & profectio nisi in extrema hominis perseverantia. usquequo graves corde? quid putatis
vos? ut dicitur generatio incredula quidem non vultis & vos iustitiam apprehendere &
peccatum dimittere? Iustitia enim sola liberat cor & leve facit. Et quomodo accipitis
cordis dilatationem & tribulationem contra carnalem & literalem sensum? Quomodo queritis
mendacium & hypocrisim. vos in adeptos existimantes perfectionem ac si non gerentes misericordi
ordinem. Unde quod ipsi perse contra eum incedunt quam pro. perfectum in ipsis tribus
iustitia consolatione profectu. Sed describenda sunt singula verba huius versus et
Grave cor dicitur quod subiacet tristitie animique. Et tota tristitia venit hic
gravitas cordis. Et sic David persequitur suas species. procedendo ex radice. ut cupidi-
tas est radix & prima gravitas. ex qua pullulat ira. invidia superbia. malitia. dolus
& omnia fere opera carnis quae apostolus Gal. 5 enumerat. Ideo ut totum est gravitas cordis
& refert sub vanitatem & mendacium, sicut dicemus. Econtra leve cor est. Cor iustitie
totum in omnibus suis partibus de quo in primo psalmo dictum est. Et recte bene dixit
Cor grave. non corpore aut manu aut carne aut sensu. quia in his sepe minus leves
sunt tamen iniustitia dicitur gravitas satis. quia non sunt elevati in deum. Quia desunt
spiritu sub se indignioribus spiritum meliorem. Sentiunt ergo ista gravitate cordis. propter
nimis & diligunt vanitatem. Quia enim veritatem & iustitiam non habent. & cor sine amore
esse nequit. ideo necesse est ut deum non diligant. Sed vanitatem (id est bonum tamen apparens)
Quae vanitas quid sit abunde docet totus psalmus. Et breviter est consolatio quae habetur
in carne & hac vita quantumque sit illa. Sicut dicitur ait Ve vobis qui nunc ridetis &
habetis hic consolationem vestram. Non enim est in labore hominum neque in tribulatione quam aliunt.
Cum tamen hi sint qui lugent & sunt in tribulatione. quia consolantur & dilatantur. Isti autem
hic dilatantur gaudentes & non in tribulatione immo in prosperitate stultorum & carnis. Diligunt
enim bonum vanitatis. Et Merito vocantur vapores & cor eorum vanum est quia iste non possunt
ambulantibus in eis. Omne enim quod bonum sentit & vult est: sine fructu & salute
spiritus, vanitas est sub sole. Quia spiritus est maior & dignior post hoc eterna
& immortalis cuius bona sunt vera & eterna. Caro autem vilis & fluxa sunt ferunt quod necesse
patitur. Igitur sicut figura vana est cum figuratum plenitudo non sequitur. Aut frustra
Medicina quae nihil efficit sanitatis & vana. Ita omnia visibilia sunt umbra & figura
spiritualium bonorum. sicut Apostolus de lege dicit Umbram habens lex futurorum id est spiritualium. Sine quibus
sine dubio non solum vana sed & vanitas sunt. Nunc vide quam recto ordine feriat
ad literam Iudeos carnales. Qui hanc vanitatem tunc & usque nunc diligunt. omissis spi-
ritualibus quae eis deus patres erat dare, & ipsi noluerunt. Nam usque hodie expectant ista carnalia
vanitatem a deo & suo Messiah, nihil reputantes fidem celestium & spiritualium bonorum
Deo loquitur ad eos. ut quid diligitis vanitatem? Dixi enim quod cuilibet iniustitie sua